

DE SIGNIS

Rome. 1^a Dec.

ECCLLESIAE

DEI,

LIBRI XXIII

Auctore THOMA BOZIO Eugubino,
Congregationis oratorij Presbytero.

IN TRES TOMOS DIVISI, QUORVM HIC
Primus, Libros XII. priores, in quibus comprehen-
duntur Signa 57. sicut post praefationem ad
Lectorem videre est:

Secundus & Tertius Tomus reliquos XII. Libros
comprehendunt.

Accesserunt Indices tam Argumentorum, Signorum, & Capitum,
quam Verborum, Rerum Sententiarumq;
insignium locupletissimi.



LYGDVNI,
SVMP TIBVS PETRI LANDRY,

M. D. XCIII.

Cum Privilegio Regis.

Duplicado.

rel. fol. rel. comp. rel. de Salamanca? rel. libreria

SANCTISSI-
MO ET BEATISSI-
MO PATRI
ET D. N. GREGORIO
DECIMO QVARTO
PONTIFICI MAXIMO

THOMAS BOZIVS PRESBYTER
*Congregationis Oratorij sempiternam
felicitatem.*



MNES controuersie, Bea-
tissime Pater, quæ versantur
inter Catholicos & hereti-
cos, ad hanc vnã reuonan-
tur, qui sint ex Ecclesia Dei,
quæ est columna, & firma-
mentum veritatis, non habens
maculam, neque rugam. He-
retici porro cum sint impudentissimi, & omnibus vindi-
que flagitijs cooperti, vt aduersus filios matris olim suæ
scandalum ponant, ore spurcissimo audent, quando in si-
dei questionibus se desicere vident, aduersus patres quon-
dam suos loqui, crimina ijs obijcere, & exemplo Cham
pestimi filij ad suam perditionem per summum scelus
ostentui habere patres religiosissimos, presulesq; sacros
Ecclesie sancte, per quos ipsi sunt in arca mystica Noë
seruati, ac liberati à morte. Pro illa igitur aduersus im-
pios istos impar humeris meis opus nouumq; & multi-
plex explicandum mihi proposui: & quamuis inter filios
eius minimus, fractaq; sin valetudine, aggressus tamen

1. tim. 3.
Ephes. 5.

psal. 49.

Gen. 9.

1

DESIGNIS ECCLESIAE DEI, THOMÆ BOZII
EUGVBINI, LIBER I.

*De dignitate ac potestate Ecclesie in vniuersum, qua
ostenditur e similitudine e Cantico desumpta.*

CAPVT I.



APERTISSIME cunctis apparet, eorum
quæ sensibus obiciuntur, nihil esse admi-
rabilius, & quod vberiores ad omnem rem
fructus utilitatis ac iucunditatis habeat, lu-
mine hoc aspectabili, cuius similitudo tra-
ducta est merito ad Ecclesie maiestatem demonstrandam,
dictumque, *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora con-
surgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum
acies ordinata?* Diebus namque singulis experimur, illuce-
scente Aurora, cum prius oppositione tenebrarum digno-
scere ipsas res, & pericula innumera vitæ non possemus,
paulatim noctis caliginem disijci, colorē rebus quodam-
modo subtractum reddi, exire homines ad opus suum, &
ad operationem suam vsque ad vesperam: nitoreque atq;
hilaritate cuncta Orbis loca vnius diei spatio perfundi. At-
que hæc quædam quasi lucis incunabula, cum nondum
fulgeat lumen vllum, nisi fugientium stellarum, candor-
que Solis appropinquantis non proximè ab ipsius globo,
sed à radiis aduentantibus procedens, qui tantam telluris
occupet, quantum Sol horæ spatio ple:umque sit solitus
peragrarè. Quod si infimam stellarum Lunam, cuius pul-
chritudine decus Ecclesie notatur, respicias, videbis non
exiguam lucem, sed huiusmodi lumen ab ipsa proximè
diffundi, quod non breui tempore, vt diluculum: sed tota
interdum nocte, in cuius potestatem facta est, resplendeat,
neque breuibus & angustis lacis, sed orbi dimidio. Ab il-
la porro menses distingui ad interualla temporum, in quæ
facta est, certissimis signis notanda, abscessuque & accessu
eiusdem minui, & augeri humores omnium corporum,
quæcunque illi subiecta sunt, videmus. At Sol, cuius
instar Ecclesia dicitur electa, fons luminis totius, à cu-
ius calore non est qui se abscondat, tenebras omnes pro-
cul dispellit: ortuq; suo diem nobis adducens, ita cuncta il-

Cant. 6.

*Pulchra vt
Luna.*

*Electa vt
Sol.*